

subiectum traducere dicetur? id, quod  
ipsis etiam constater, vereq; philosophadi  
primis principijs repugnat. Traducit  
quidem formā, traducit temperiē, sed  
partis solius, corrupto toto. Quod, ut  
notat Mesues, appellant philosophi, se-  
parationē rei secūdum speciē, à re quæ  
est secundum materiā: quando sapā ait,  
aut syrupū rosatū, quibus incoctum sit  
scāmonium, nos propinare. Ergo si vul-  
gari modo paratum remediū, totius vel  
purgandi, vel discutiēdi, aliudve simile  
præstandi facultate non spoliatur: quo  
iure Chymicorū ijsdem vel nōnihil di-  
uersis operādi modis, spoliatū dicetur?  
Infusionē iā præstītā Chymici, distilla-  
tionis ope corrigūt, & ὔχμα à sinceriore  
prolecti medicamēti portione separāt.  
Nō ergo facultatē demūt, sed quod inu-  
tile illius actionē retardare quiuerat, se-  
iungūt. Coctionē quidē nō spernūt, sed  
extractionē vel distillationē nōnunquā  
præstantiorē iudicāt. Tὰ ἐψόμενα, ait Ari-  
stoteles, nō attrahūt ad sese humorē ef-  
fusum, quēadmodū ea, quæ in fartagine  
elixātur: sed calor humidi externi, edu-  
cit humidū eorū, q̄ elixātur. At iā educe-  
re hu-

*Distillata  
potiora  
sunt deces-  
cis.*

*4. Meteor.*